BIBLIA LATINA, BD. 2

Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh.

Seite 180v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



eorum qui in potencia erant a
variciam permanebat in potestate
crescens in malitia et ad insidias
civium similiter. XIII
Eodem tempore Antyochus
secundam profectionem
paravit in egyptum. Con
tigit autem per universam Iherosolimo
rum civitatem videri diebus xl
per aera equites discurrentes au
ratas stolas habentes et hastas quasi
cohortes armatas. et cursus
equorum per ordines digestos et con
gressiones fieri comminus. et scu
torum motus et galeatorum mul
titudinem gladiis districtis. et te
lorum iactus. et aureorum armo
rum splendorem. omnisque generis
loricarum. Qua propter omnes
rogabant in bonum monstra con
verti. Sed cum falsus rumor
exisset tamquam vita excessisset An
tyochus. assumptis Iason non mi
nus mille viris repente aggressus
est civitatem et civibus ad mu
rum convolantibus ad ultimum
apprehensa civitate Menelaus
fugit in arcem. Iason vero non
parcebat in cede civibus suis. nec
cogitabat prosperitatem adversus
cognatos malum esse maximum
arbitrans hostium et non ci
vium se trophea capturum et prin
cipatum quidem non optinuit
finem vero insidiarum suarum
confusionem cepit. et profugus
iterum abiit in Ammanitem. ad
ultimum exitus sui conclusus
ab Aretha Arabum tyranno fu
giens de civitate in civitatem om
nibus odiosus. ut refuga legum
et execrabilis. ut patrie et civium
hostis in Egyptum extrusus est
et qui multos de patria sua ex
pulsit peregre periit. Lacedemo
nas profectus. quasi pro cognati
onem ibi refugium habiturus. et
qui insepultos proiecerat multos
ipse et illamentatus et insepultus
abicitur. sepultura neque peregrina
usus. neque patrio sepulchro par
ticipans. XIIII
His itaque gestis
suspicatus est rex socie
tatem deserturos Iudeos. et ob hoc
profectus ex Egypto efferatis a
nimis civitatem quidem armis
cepit. Iussit autem militibus in
terficere occursantibus et per domos
ascendentes trucidare. Fiebat ergo
cedes iuvenum ac seniorum mu
lierum et natorum exterminia.
virginumque et parvulorum neces.
Erant autem toto triduo octoginta
milia interfecti. xl milia vincti. non
minus venundati. Sed nec hec
ista sufficiunt. ausus est etiam
intrare templum universa terra
sanctius Menelao ductore qui le
gum et patrie fuit proditor et sce
lestis manibus sumens sancta
vasa. que ab aliis regibus et civi
tatibus erant posita. ad ornatum
loci et gloriam contrectabat indigne
et contaminabat. Ita alienatus
mente Antyochus non considera